

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola,  
Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

12. Julii. Tanti Deus rem quamlibet æstimare solet, quantùm se aliquid  
tanquam instrumentum ad bene operandum Deo conjungit. S. Ign. ap.  
Bart. l. 1. n. 16.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

peries, continua illa nubes majorem, quām passim credatur, coquit tempestatem, facit dæmon sollicitudinem in minimis maximam, ut ad maximos, sub specie boni, errores inducat.

Nimia etiam in sanctis sollicitudo sanctitas non est. Illi continui dubiæ mentis fluctus, hæsitationes in obviis, carnificina sunt conscientiæ martyrii genus quodam est, sed diaboli; quia sine fructu, quia cum domesticæ pacis detimento.

Conturbatus animus non est aptus ad exequendum munus suum. In turbido isto piscatur dæmon, malum intendit, licet sub optimo colore, securitatis animæ, damna jaciat. Tuo hic sensu si nitaris, non evades,

### 32. Julii.

*Tanti Deus rem quamlibet estimare solet,  
quantum se aliquid tanquam instrumentum  
ad bene operandum Deo conjungit.  
S. Ign. ap. Bart. l. 1. n. 16.*

**N**on obviæ artis est adamantem à ventro, aurum obrizum à spurio, ignem fatuum à vero, discernere. Longi usūs, non voluntatis, hoc magisterium est, luce hoc non obviâ eget, sed divinâ.

Appetis alta , & nescis te ruinam appetere, quia tuam, quâ laboras, vertiginem ignoras, cades. Sublimior ille gradus pro te tutior non est ; nec enim te Deo, sed vanitati conjungeret.

Judicia Dei abyssus multa; hanc scrutari si didiceris, invenies, quam tibi securius sit officio , quod tam calidè appetis, carere gradum, quem tam avidè quæris, non obtinere. Sine te Deo.

Quid auro pretiosius ; ditat; oculos res  
creat ; sed ventrem non satiat : utilior ad manducandum est panis crusta, quam aurum pondo. Ex aptitudine ad finem mediæ cœscit utilitas. Quid te Deo magis conjungat,  
quî discernes ? cæcus es in rebus tuis. Deus totus oculus est.

### 13. Julii.

*Orationi deditus , nec ariditate dejiciatur ,  
nec extollatur in consolatione : aridus  
cordeatur gratiarum , quibus fructus est ,  
devotus reputet hanc esse à Deo elemosynam gratis datam . S. Ignat. ap. Bart.*

**N**on eadem semper serenitate gaudet cœlum, quin atris persæpe nubibus obvolvatur ; ita cum orantibus agit Deus, alteri